



**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

6. Ob neglectam nonnihil Disciplinam non statim deserendam esse
Catholicam Ecclesiam.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

CAPVT VI.

*Ob malam disciplinam non statim deserendam
esse Ecclesiam.*

Propter malos mores & neglectam Disciplinam non statim esse Catholicam fidem relinquendam, docet Franciscus Horantius lib. 6. ca. 8. Locorum Catholicorum contra Institutiones Caluini, sed & hoc idem docet Ioannes Caluinus contra Anabaptistas lib. 4. Instit. ca. 1. circa finem. Horantius autem loco citato fol. 174. de medicina Disciplina differens, agit contra hæreticorum malam mentem, dum corruptos mores ipsi Ecclesia obiectant. legatur epist. 54. Augustini ad Macedonium de Correctione. De eadem materia seu questione agit & Ioannes Caluinus lib. 4. Institut. ca. 16. & Hieronymiana Confessio tom. 1. cap. 6. artic. 8. In Censura Orientali cap. 15. per malam Disciplinam non omnino tolli doctrinam. vide ibid. cap. 21. de Ecclesiastica Disciplina & Hieronymianam Confessionem tomo 2. c. 3. art. 6. testimonio 4. de correctione.

CAPVT VII.

*De latitudine & amplitudine argumenti vtilissimi
de Disciplina.*

Hoc argumentum sub se comprehendit iustam tractationem de Clauibus, Ecclesiastica Hierarchy, primatu Petri & successorum. De Iurisdictione Ecclesiastica, de Synhodo, Visitatione, examinatione, ordinatione, institutione ministrorum,